

3. Tagebuchbeilagen

[Bericht von Andreas Christoph Schubart über Johann Michael Heineccius ?]

Schubart, Christoph Andreas

Halle (Saale), [April 1718]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-47980

Inclyte, nunc iterum penetra mea mania, Doctor,
Teque TVS fistas, adierit iam tempus, amicis.
Te TVS Vrici catus, Te vota priorum,
Vrbs mea, Te cuncti nec non academia quarunt.
Iam pridem muro qua sit, doctore remoto,
Et iactura, dolor, ciues didicere gementes.
Si vigil aut somno cessit sua membra quieto,
Aut pede si domini castris trepidante refugit.
Tristia tunc demum cuncti dispendia cernunt.
Sed TV non simili, non est dubitabile verum,
Non: alio fateor fecisti, Prouide, more,
Quod mecum cunctique suis adpersionibus impleat!
Nam TVA cara suum numquam male misit quile
Cura, TVS precibus nulli caruere petentes.
Hac igitur faciunt, ut pectore tanta resurgat
Et sitis atque TVS, Doctor, Venerande, cupido.
Propter et hac causas pariter quasi sola fuisset
Hostibus et damnis, Te non presente, cruentis
Tradita: nutassem veluti sine remige puppis,
Aut veluti cecus, sine ego ductore labassem.
TV nisi perspectis, qua sunt memorata, periculis
Interea vigiles posuisses, OPTIME, nobis,
Quis TVA nos abiens cui pigra cara dedisti.
Hi quoque cum summa mihi sollicitudine rerum
Te precibus semper praesto, quia more parentum
Tempore sic plausus sic tempestate fuere!
Illa dies tandem terris illuxerat alma
Qua Christi catus lato doctore Luthero,
Ille quidem calis, sed nos tellure sub amplo
Eius amatores, pia iubila nostra daremus.
Laetitia quamquam decrat temeraria pompa;
Nil tamen et nostri vario cessare labori,
Ut benefacta simul laudarent maxima Christi!
Hac ratione dein quatuor, lectissima tamquam
Te impleta dei donis en! organa magnis
DOCTORIS digni capiunt memorabile munus.
Ut facerent semper, qua fecerat ille Lutherus,
Scilicet aeterna memorarent dogmata vita,
Pectoribus nigris male perfusisque tenebris
Candida promissi praberent lumina Christi!
Cum benefacta DEI nos mente recordimus omnes,
Non multi siluere dies, en! surgit in altum
Eloquar an taceam? mox vox, nox terrica noxa,
Musarumque locum caligine circumduxit.
Ciues militibus studiosi propter ademptum
Atque sibi socium rabiem minitantur acerbam.

Fit fragor horridus toto strepitante macello,
 Quisque suum gladio nunc ius servare parant.
 Sed quis, o miseri nocuistis, noxa recurrit,
 Vos petit! an nondum vobis iam dicta putatis:
 Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba!
 At modo crudelis, modo saeva minatio surgit:
 Hic et ibi crepitans ululans resonansque susurrus,
 Tactaque tecta tonant, ubi convulsa saxa vibrantur.
 Hinc igitur ferro ferrum miscetur iniquo:
 Pars gladios stringunt manibus: pars saxa cruenta
 Corripunt caecique ruunt: pars altera clamat.
 Hic teritur ferro pedeque claudo graditur vix:
 Illum forte lapis collo tenus atterit asper:
 Sic omnes amor unus habet nocuisse! per omnes
 Tentabantque modos, nunc vindicare pudenda
 Commata, nunc maculam concurrunt tollere tristem.
 At ubi proterea signorum nascitur ordo,
 Cumque notas alii niveas posuere galero,
 At alii tunicis varias tribuere colores.
 Non aliter potuit fieri, quin ipse SERENVS
 Cuncta sua secum summa reputaret in arce,
 Atque suam faciem nobis aduenteret almam!
 Tunc deus omnipotens, en! postquam voce manuque
 Murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
 Nunc igitur portis iterum succede quietis,
 O Benedicte DEUS, sunt omnia, sunt parata!
 Ecce IVS adyto nunc obsequiosa loquelis.
 Accipe, qua trado: gratantia vota resoluo,
 Vrbis mea te saluum cum rursus viderit IVS!
 Rexit hucusque IVVM DEVS optimus omne molestum
 Et conamen, iter, quid? quod vel cuncta peregit!
 Gratamur, gratesque deo persolvimus omnes!
 Porro sit semper, sic una mente vocamus,
 VRR REVERENTE, IVVS prosto benedictio Christi!
 En fiet! faciet! IVVS Confidentia rursus
 Exsuperet dubiam constans incredulitatem,
 Si domini montes inter caput extulit altus,
 Montes, unde IVVS solamina cuncta recurrunt:
 Auxiliumque IVVM volet ocyus atque propinquet,
 Aurea quam niteat roseis aurora capillis!
 Sic DEVS atque meis precibus votisque fauebit,
 Audiet, et certis nunc addet plura petitis!
 Non finet incasum, scio, vota tot ire piorum,
 Accipiet voces, pro TE quas mittimus omnes.
 Sint igitur, magnum iamiam te Numen adoro,
 Sint impleta simul cunctorum vota precantum,
 Quae sub mente gerunt! et ERUNT respondeat Echo!